



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

En Damvs Chronicon

Eusebius

Basileae, 1529

VD16 VD16 E 4266

Clarissimo Viro, Domino Thomae Moro, Angliae Baroni, Serenissimi Angliae
Franciaeqve Regis A Consiliis, Ac Dvcatvs Loacastriae Cancellario &c.
Ioannes Cochlevs S. P. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98136)

CLARISSIMO VI-

RO, DOMINO THOMAE MORO, ANGLIAE
BARONI, SERENISSIMI ANGLIAE FRAN-
CIAEQVE REGIS A CONSILIIS, AC DV
CATVS LOACASTRIAE CANCELLA
RIO &c. IOANNES COCHLEVS
S. P. D.



Nueni hic, optime ac eruditissime More, in bibliotheca Diui
Stephani Chronicon Cassiodori, libellum quidem paruulum,
sed Romana nobilitate insignem, eruditiscq; omnibus merito
desyderabilē. Is tuis potissimum auspicijs in publicam lucem
post longas tenebras exire gestit: quia neq; inter eruditos, neq;
inter magistratus reiꝑ publicæ consultores quisquam hodie uisuit, qui mihi ui-
deatur in omnibus Cassiodori similior quam tu es. Nulli profecto detrudere,
nullum cōtemnere est animus: Scio multos eximia eruditione illustrare secu-
lum hoc nostrum, uideo in republica magna nonnullos autoritate pollere, dex-
teritate moderari, honoribus fulgere. Sed qui sic coniunxerit eruditioni omni-
genæ cunctas uirtutes politicas, & quidem summa cum pietate ac bonitate, ut
olim Cassiodorus, præter te equidem, bona omnium pace dixerim, neminem
nouī. Patere igitur æquo, precor, animo, hunc paruulum magni autoris libellum
nomini nuncupari tuo, ut per te Romana iuuentus, belli calamitatibus misere
nunc afflictā, nō nihil consolationis ex hoc breui libello accipiat, dum antiquæ
nobilitatis suæ pulcherrimā hanc certa, licet longissima ualdeq; numerosa Cō-
sulum serie imaginem intuetur & agnoscat. Habet autor iste eruditionis quidē
ac pietatis suæ certissima in suis super Psalterium Commentarijs testimonia.
Probitatis autem & prudentiæ iustitiæq; eius integritatem ac omnimodum di-
gnitatum fulgorem ex XII libris Epistolarum eius liquido cognoscet, quis
quis felix eorum librorum possessor est. Quos utiq; simul cum nonnullis alijs
eius opusculis editurus erā, si mihi Romæ, ubi eos reliqui, ut cū exēplari quod
in bibliotheca Vaticani erat aliquando conferrem, à militū direptione salui per-
mansissent. Ex innumeris autem publicisq; de eo eiusq; parente testimonijs, u-
num aut alterum paucis hic referam. De patre quidem eius ita scripsit ad Sena-
tum rex Theodericus: Meministis P. C. & adhuc recentium uobis rerū me-
moriam ministratur, qua moderatione Pratoriano culmini locatus infederit, &
euectus in celsum inde magis despexerit uitia prospectorum, iunxit bene cum
uniuersorum gaudijs nostra compendia, arario munificus & iuste soluentibus
gratiosus. Sensit tunc respublica ex illo coetu Romuleo innocentia uirum, qui
se moderando gloriosum fecerit: hoc tamē maius contulit, quia bonæ actionis
exemplum sequentibus reliquit: Pudet enim eum peccare qui laudatis uidetur
potuisse succedere. Fuit itaq; ut scitis, militibus uerēdus, prouincialibus mitis,
dandi audius, accipiendi fastidiosus, detestator criminis, amator æquitatis &c.
Ad ipsum autem Cassiodorum filium in Præfecturam Pratorianam mox eue-
hendum, ita scripsit rex Athalaricus, Theoderici regis & nepos, & in regno suc-
cessor:

Lib. 1 Epi-
stola 4.

De

Lib. 9. Epistola 24. cessor: Erat planè, inquit, quod in te prædicare Dominus auus noster eximium, animū ad promerenda beneficia patulū, & contra uitia cupiditatis obstructū, dū
 ,, nescio quo pacto raro est in hominibus manus clausa & aperta iustitia. Nesci-
 ,, uit quisq; de te submurmurare contraria, cū tamen de principali gratia sustineret
 ,, res inuidiā, derogare cupientes uicit integritas actionis. Et post pauca: Quapro-
 ,, pter iuuante deo, quo autore cūcta prosperatur, ab Indictione XII, in Præfectu-
 ,, ra Prætoriana te suggestu atq; insignib; collocamus, ut pbatū iudicē sine me-
 ,, tu Prouinciæ suscipiāt, quas hactenus cognouimus improborū actione fatiga-
 ,, tas. Sed quāuis habeas paternā Præfecturam Italico orbe prædicatā, aliorū tibi
 ,, tamē exēpla non ponimus, uetera moribus tuis & omniū uota cōplesti. Et in-
 ,, fra: Constitue & huic regulā dignitati, qui anteactis fascibus mirabilis continē-
 ,, tiæ exēpla præbuiisti: Nam licet omnes penè honores summos æqualiter egeris,
 ,, habes tamen propofita cōscientiæ bona, ubi nullā decet esse mensurā &c. Idem
 ,, ad Senatū: Cum lauiimus quidē, inquit, P. C. beneficijs nostris copiosum uir-
 ,, tutibus, diuitem moribus, plenū magnis honoribus Senatorē, cuius si merita cō-
 ,, sideretis, debemus etiā quod soluimus. Qua enim cōpensatione cōmendāsus
 ,, est, qui aures Dominantiū luculenta saepe prædicatione cōpleuit; dignitates si-
 ,, bi creditas eximia grauitate tractauit; & uisus est tēpora facere quæ merito lau-
 ,, darētur in principe. Credimus P. C. & si adhuc referre uolumus, beneficia col-
 ,, lata superantur. Nostris quoq; principijs quanto se labore cōcessit, cū nouitas
 ,, regni multa posceret ordinari: Erat solus ad uniuersa sufficiens, ipsum dictatio
 ,, publica, ipsum cōsilia nostra poscebāt, & labore eius actū est ne laboraret im-
 ,, perium &c. Hæc & id genus plurima extāt de huius auctoris, qui peculiari quo-
 ,, dam insigni miroq; priuilegio proprie Senator dictus est: quemadmodū Philo-
 ,, sophus Aristoteles: Poëta Virgilius: Propheta Dauid, uirtutibus testimonia
 ,, publica. Quæ ideo plixius q; decet, fateor, præliminari Epistola referunt, ut eò
 ,, certior fiat de Consulū serie Lector, quā à tanto uiro, qui & ipse Consul ordi-
 ,, narius fuit, collectā esse cognouerit. Atq; ut de reliquis opusculis eius ad com-
 ,, munem utilitatē peruestigadis tanto quisq; fiat diligētior, quāto auctor iste in-
 ,, ter omnes doctores Ecclesiasticos dignitatū seculariū honore summa cum inte-
 ,, gritate religiōe q; pietate præfulsit. Quāuis enim reges eius essent Ariani, ipse
 ,, tamen fidelissime perpetuo tenore catholice Ecclesiæ partes defendit, uti pro-
 ,, bant diuersi eius in re theologica tractatus, et propria eius uerba, quæ in Præ-
 ,, ctura ad Papā Ioannem II scripsit: Mihi filio, inquit, uestro intelligētia sensus
 ,, aperiat, ut quæ uere sunt utilia sequar, quæ uitāda refugia. Talē deniq; iudicem
 ,, excipiat publicus actus, qualē filiū catholica mittit Ecclesia. Sum quidē iudex
 ,, Palatinus, sed uester nō desinam esse discipulus: nam tūc ista recte gerimus, si
 ,, à uestris regulis minime discedamus. Et quod adhuc mirabilis est, magisq; pi-
 ,, um ac religiosum, relicto tandē seculo cū omnibus honoribus dignitatibusq;
 ,, imperij, monasticā uitam ita suscepit, ut monasteriū Viuariense, nō longe à Ra-
 ,, uenna situm, amplissimis cēsis bus donauerit, uarijs adificijs ornauerit, ac locu-
 ,, pletissima instruxerit bibliotheca. Id quod latius cognoscet dignusq; mirabi-
 ,, tur, qui introductorios eius ad fratres Viuarienses legerit libros. Huius igitur
 ,, innocentissimi uiri libellum, More disertissime, pro tua erga cunctos humanita-
 ,, te studioq; & amore antiquitatis, lata, ut soles eruditissima quæq; perlege frō-
 ,, te: Quem, ne peruita te sua intercidat, reliquis Chronographis adiunget Ioan-
 ,, nes Sichardus. Bene uale decus seculi nostri singulare, Ex Mogūtia III Idus
 ,, Nouemb. Anno M. D. XXVIII.

M. AVRELI